HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

# PROF. JOHANN WILHELM ENGELBRECHT

| | |
|---|---|
| Fakultät | Juristische Fakultät |
| Geboren | 1674 in Hameln |
| Gestorben | 1729 in Helmstedt |
| Kurzvita | Phil. o. Prof. d. Ethik in Helmstedt (1700–1705); Jur. o. Prof. in Helmstedt (1705–1727); |
| Studium in Helmstedt | Immatrikulation in Helmstedt: Johann Wilhelmus Engelbrecht Hannoveranus (20.04.1693) |
| Ehefrauen | Hedwig Sophie Engelbrecht geborene Best (10.11.1688–27.06.1722), Heirat 1706 |
| Porträt | HAB: A 5645 |
| Quelle | Ahrens 2004, S. 72 f. |
| GND | https://d-nb.info/gnd/118015796 |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-64-engelbrecht |

## Lehrstühle

1700–1705 Lehrstuhl für Ethik, Helmstedt

1705–1727 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

## Akademische Ämter

1712–1713: Universität Helmstedt, Prorektor

1716–1717: Universität Helmstedt, Prorektor

1726–1727: Universität Helmstedt, Prorektor

## Vorlesungen (84)

Johannes Wilhelmus Engelbrecht, Moral. Prof. Publ. & Ord. posteaquam Serenissimae Domus Brunsvico-Luneb. clementissimo indultu Philosophiae Moralis Professio ipsi demandata est, ut primum publico Programmate lectiones suas significaverit, Celeberrimi Dn Eisenharti Institutiones Morales publice interpretabitur. [...] Docet hora Ima., Sommersemester 1701

[...] Privatim etiam Nobilissimorum Commilitonum desideriis morem geret, si quibusdam forte vel Pufendorffii liber de Officio hominis & Civis, vel alius Juris Nat. & Gent. Doctor, qui electioni eorum relinquetur, arriserit. De caetero & omni alia ratione Moralium Studiosis opera sua non deerit., Sommersemester 1701

Johannes Wilhelmus Engelbrecht / doctrina de principiis actionum humanorum nuper admodum finita , reliquis scientiae Moralis partibus porro exponendis & laboribus hisce pertexendis, operam fideliter impendet. [...] Docet publice hora I., Wintersemester 1701/1702

[...] Privatim Pufendorfii librum de officio Hom. & Civ. pertractabit ; [...], Wintersemester 1701/1702

[...] fundamenta etiam cum Jur. Nat. tum Moralis doctrinae fibi exponi cupientibus traditurus.,

Wintersemester 1701/1702

Johannes Wilhelm Engelbrecht, finitis haud ita pridem publice institutionibus Moralibus Celeberrimi Domini Eisenharti, librum I. de Officio Hom. & Civ. Illustris Pufendorfii interpretabitur, ut & hoc labore finito ad B. Horneii Disputationes Ethicas progredi possit. [...] Docet publice hora I., Sommersemester 1702

[...] Privatim quoque brevi praelectionibus suis ad Pufendorfii libellum absolutis, & desiderantibus Dominis Commilitonibus eundem iterum librum, ut & dogmata morum doctrinae traditurus., Sommersemester 1702

Johannes Wilhelmus Engelbrecht / finitis lectionibus publicis ad Theophrasti notationes morum, diebus Lunae & Martis praecepta Ethicae suae [...] Docet publice hora VIII., Wintersemester 1704/1705

[...] Iovis autem & Veneris Consultissimi Dn. Eisenharti institutiones juris Naturae, typis hic recusas, tradet. [...] Docet publice hora VIII., Wintersemester 1704/1705

[...] Privatim, praelectionibus Moralis doctrinae ac Naturae & Gentium juris absolutis, alias in Grotii illustre opus, ut & Celeberrimi Joh. Schilteri manuductionem philosophiae moralis ad veram nec simultanam jurisprudentiam substituet, quibus & collegium examinatorio-disputatorium in Morum fundamenta est adjuncturus. Caeterum sive e Morali doctrina sive Naturae ac Gentium jure dissertationum publice habendarum argumenta porro desiderantibus, demandati sibi muneris cum cura memor, operam suam ac studium reipsa implendum pollicetur., Wintersemester 1704/1705

Johannes VVilhelmus Engelbrecht D. Finitis proprediem lectionibus Institutionum, Constit. Criminal. publice futuro semestri exponet., Sommersemester 1707

Privatim coeptum ad Digesta collegium absolvet, Institutiones etiam ut & alias Jurisprudentiae partes ex desiderio Dn. Commilitonum auspicabitur., Sommersemester 1707

Johannes VVilhemvs Engelbrecht D. Jur. Canon. & Feudal. Prof. Ord. Publicis praelectionibus ad jus Canonicum finitis, feudalis juris fundamenta interpretabitur., Wintersemester 1710/1711

Privatim absolutis nuper Institutionibus Imperialibus proximo semestri Pandectas studiosae juventuti tradet, nec iis defuturus, qui juris Canonici expositionem desideravere; dissertationum quoque publicarum ad Instit. Justin. exacto haud ita pridem curriculo, alias occasione data subjunget., Wintersemester 1710/1711

Johannes VVilhelmus Engelbrecht D. absolutis nuper Juris Canonici ad Lancellottum praelectionibus, publice B. Illustris Dn. Samuelis Strykii Examen Juris Feudalis tradet., Sommersemester 1711

Privatim in collegio Institutionum Imperialium perget, promissasque scholas ad Jus Canonicum gnaviter urgebit, aliaque exercitia Academica pro desiderio cupidae legum juventutis non denegabit., Sommersemester 1711

Jo[hannes] VVilh[elmus] Engelbrecht D. Pandect. Prof. Ordin. publice hactenus in expositione Jur. Ecclesiast. Brunnemanni versatus, ad ductum accurationis cujusdam compendii, Digesta cupidae legum juventuti tradet., Wintersemester 1712/1713

Privatim ad finem nuper perductis Institutionibus, Pandectas pariter Struvianas absolvet, aque ex parte Dominis Commilitonibus deerit, quotquot operam ejus porro atque consilium in jurisprudentiae studiis desiderabunt., Wintersemester 1712/1713

Jo. VVilh. Engelbrecht D. Pandect. Prof. Ord. publicas curas ad interpretationem Compendii Lauterbachiani debita fide ac industria extendet., Sommersemester 1713

Privatim, quantum per Vice-Rectoratus negotia licuit, in Struviana jurisprudentia progressus, huic labori ultimam imponet manum, Institutiones quoque imperiales, ut & praelectiones ad Carolinam Nemesin inchoabit [...]., Sommersemester 1713

[...] Disputaturis itidem operam suam ac consilium lubens exhibere paratus est., Sommersemester 1713

Jo. VVilh. Engelbrecht D. Publicis lectionibus Lauterbachii Compendium methodo sueta interpretaturi assidue perget., Wintersemester 1713/1714

Privatos vero scholis Institutionum Imperialium, in quarum expositione per praelectiones & alterna examina jam detinetur, telam pertexet, quibus laboribus, praeter reliqua quae coepit, Pandectarum quoque collegium, nec non Criminalis juris prudentiae adjunget, iis etiam, qui porro in qualibet juris parte tradenda, vel disputationem exercitiis operam suam desiderant, promtissimam eandem ac lubens praestabit., Wintersemester 1713/1714

Jo. VVilh. Engelbrecht D. Publice Pandectarum praelectiones gnaviter urgebit., Sommersemester 1714

Privatim ad finem perductis Institt. Imperialium, aliarumque juris partium, quibus quidem nunc vacat, commentationibus, illas iterum ordietur, & ex reliqua jurisprudentia peculiares doctrinas desiderantibus Dn. Commilitonibus ea qua par est fide nunquam non aderit [...]., Sommersemester 1714

[...] iis etiam quotquot opera sua ac consilio in palaestra disputatoria uti efflagitabunt, promtissime morem gerere pollicetur., Sommersemester 1714

Jo[hannes] VVilh[elmus] Engelbrecht D. Cod. Prof. Publ. Ord. Publice in expositione Codicis repetitae praelectionis ea qua par est fide ad ductum memorialis libelli B. Bn. Brunnemanni planissima methodo perget., Wintersemester 1714/1715

Privatim Digestorum, Institutionum, aliarumque juris partium laboribus absolutis, ad novas sive publici sive privati juris instituendas operas iterum progredietur [...]., Wintersemester 1714/1715

[...] disputaturis quoque promta industria atque auxilio adfuturus., Wintersemester 1714/1715

Jo. VVilh. Engelbrecht D. Cod. Prof. Publ. Ord. Publice in expositione Codicis repetitae praelectionis ex qua par est fide ad ductum memorialis libelli B. Dn. Brunnemanni planissima methodo perget., Sommersemester 1715

Privatim Digestorum, Institutionum, aliarumque juris partium laboribus absolutis, ad novas sive publici sive privati juris instituendas operas iterum progredietur, disputaturis quoque promta industria atuqe auxilio adfuturus., Sommersemester 1715

Jo. VVilh. Engelbrecht D. in tractatione praelectionum Codicis porro debita industria occupabitur. [...], Wintersemester 1715/1716

[...] Privatim institutionum ut & ad placita feudalia coeptum collegium urgebit, nec iis deerit Dominis Commilitonibus, qui palaestra disputatoria, aliisque sive theoreticis sive practicis jurisprudentiae partibus exerceri cupiunt., Wintersemester 1715/1716

Jo[hannes] VVilhelmus Engelbrecht D. omni opera annitetur, ut publicis lectionibus in Codicem ad ductum memorabilis Brunnemanniani absolvat., Sommersemester 1716

Privatim finitis exercitationibus ad institutiones, ut & placita fudalia, novas iterum ex voto nobilissimorum Commilitonum apieret [...]., Sommersemester 1716

[...] nec disputaturis sua opera unquam deerit., Sommersemester 1716

Jo. VVilh. Engelbrecht D. publicas ad Codicem scholas hoc semestri absolvet., Wintersemester 1716/1717

Privatim finitis nuper praelectionibus ad jus feudale, quantum per Vice-Rectoratus negotia licebit, in aliis etiam juris partibus operam suam desiderantibus & industriam & consilium promittit., Wintersemester 1716/1717

Disputaturis promto auxilio aderit., Wintersemester 1716/1717

Jo. VVilh. Engelbrecht D. publice in praelectionibus ad Codicem repetitae praelectionis, lib. VIto ad finem perducto, in reliquis etiam debita industria progredietur., Sommersemester 1717

Privatim autem sive Institutionum, sive Digestorum ex placito Dominorum Commilitonum collegium aperiet [...]., Sommersemester 1717

[...] nec disputaturis aut alio mdoo in jurisprudentiae studio operam suam aut consilium efflagantibus deerit., Sommersemester 1717

Io. VVilh. Engelbrecht, D. publicis praelectionibus ad Codicem brevi finiendis interpretationem legum aliquot C. notabiliorum subjunget., Wintersemester 1717/1718

Privatim, quibus detinetur, universalis jurisprudentiae fundamentis absolutis, alias etiam juris nostri partes ex voto Nobilissimorum Commilitonum addet [...]., Wintersemester 1717/1718

[...] nec disputaturis operam suam & consilium denegabit, Wintersemester 1717/1718

Jo. VVilh. Engelbrecht D. publice ultimos Codicis libros ad finem perducet, & ad alias deinde exercitationes, selectiores nonos textus illustrando, progredietur., Sommersemester 1718

Privatim confectis universalis jurisprudentiae praelectionibus, novas iisdem ex voto Dominorum Commilitonum sive ad institutiones, sive Pandectas & alias juris partes adjunget, nec consilio unquam suo aut opera studiosae juventuti deerit., Sommersemester 1718

Io. VVilh. Engelbrecht, D. publice memoriale praecipuarum legum Codicis Brunnemannii absolvit, de caetero in quantum per Vice-Rectoratus negotia licebit, studiosae juventutis commodis consulere non intermittet, Wintersemester 1718/1719

Io. VVilh. Engelbrecht D. publice coepta ad criminalem jurisprudentiam ut & inquisitorum processum praelectiones continuabit., Sommersemester 1719

Privatim reliquas exercitationes juris continuabit, omnique porro modo studiosae juventutis promovere commoda annitetur., Sommersemester 1719

Io. VVilh. Engelbrecht D. publice processum civilem ductu probati cujusdam in foro Doctoris Dominis Commilitonibus tradet, simulque selectiores textus Codicis ad ordinem judiciarum pertinentes, pro oblata materia, adjunget., Sommersemester 1720

Privatim doctrinas jurisprudentiae, in quibus jam occupatur, continuabit, aliasque ex commodo & voluntate auditorum addet., Sommersemester 1720

Io.VVilh. Engelbrecht. D. praelectiones publicas ad processum Civilem porro & urgebit, & absolvet, ut iis finits ad notabiliores quasdam leges Codicis interpretandas pergere possit., Sommersemester 1721

Privatis etiam in jure laboribus Dn. Commilitonum commoda omni modo promovere paratus est., Sommersemester 1721

Io. Wilh. Engelbrecht D. publicis lectionibus Stryckii introductionem ad praxin forensem continuabit. [...], Sommersemester 1723

[...] Privatas etiam scholas ad desideria Commilitonum aperiet, variasque jurispurdentiae partes tractabit., Sommersemester 1723

Io. Wilh. Engelbrecht, D. Praxi Juris Civilis ductu introductionis Strykianae publice absoluta, ad Praxin Processus Criminalis probatissimo quodam authore viam parante, propediem progredietur, ac nobiliores textus Codicis ad hoc argumentum spectissimas continuabit & novas ordietur, omnique alia occasione desideris Dominorum Commilitonum debita fide inserviet., Wintersemester 1723/1724

[...] Privatis etiam scholis alias ex desiderio auditorum adjunget., Sommersemester 1724

Io. Wilh. Engelbrecht, D. publice additis nobilioribus textibus Codicis praxin criminalem urgebit. [...], Sommersemester 1724

[...] Privatis itidem & privatissimis universalis jurisprudentiae scholis novas addet, omnique ratione Dominorum Commilitonum desideriis inserviet., Wintersemester 1724/1725

Io. Wilh. Engelbrecht, D. publice in processu inquisitorio perget, eoque finito ad aliud argumentum ex voto auditorum progredietur. [...], Wintersemester 1724/1725

Jo. Wilhelm Engelbrecht, D. publice interpretationem institutionum imperialium ad ductum Hoppii pertractabit. [...], Sommersemester 1725

[...] Privatim vero Pandectas, aliasque jurisprudentiae partes ex voto auditorum adjunget., Sommersemester 1725

[...] privatim finitis praelectionibus ad institutiones Justiniani, novas ex voto auditorum exordietur., Wintersemester 1725/1726

Io. Wilhelm Engelbrecht D. absolutis ad Hoppii examen scholis publicis, praxin forensem, junctis selectioribus Codicis textibus tradet, [...], Wintersemester 1725/1726

Io. Wilhelm Engelbrecht D. publicis lectionibus Ludovici introductionem ad processum exponet, & quidem a processu criminali initium faciet. [...], Sommersemester 1726

[...] Privatim Stuvii jurisprudentiam, nec non alia jurisprudentiae partes ex voto commilitonum interpretabitur., Sommersemester 1726

Io. Wilhelmvs Engelbrecht D. quantum Vice-Rectoratus negotia permittent, processum forensem publice tradet. [...], Wintersemester 1726/1727

[...] Privatim in Hoppii, nec non Struvii praelectionibus perget, aliasque ex voto Commilitonum ordietur., Wintersemester 1726/1727

Io. Wilhelmvs Engelbrecht D. publicis praelectionibus processum forensem gnaviter urgebit. [...], Sommersemester 1727

[...] Privatim absolutis Hoppii, nec non Struvii ad jurisprudentiam commentationibus, alias ex desiderio commilitonum addet., Sommersemester 1727

Io. Wilh. Engelbrecht D. Absoluta publicis lectionibus introductione Dn. Ludovici ad Processum criminalem, processum postea civilem addet. [...], Wintersemester 1727/1728

[...] Privatim Pandectas ad ductum Schoepferi binis quotidie horis interpretatur, omnique alia ratione studiosae juventutis commoda promovere non intermittet., Wintersemester 1727/1728

Jo. Wilh. Engelbrecht D. publice in processu civili perget. [...], Sommersemester 1728

[...] Privatim Pandectarum interpretatione absoluta, alias iterum praelectiones ex voto auditorum inchoabit., Sommersemester 1728

Jo. Wilh. Engelbrecht D. publice in processu civili perget. [...], Sommersemester 1728

[...] Privatim Pandectarum interpretatione absoluta, alias iterum praelectiones ex voto auditorum inchoabit., Sommersemester 1728

Jo. Wilh. Engelbrecht publicis lectionibus Ludovici processum civilem porro urgebit, eoque absoluto, alias scholas ex voto commilitonum aperiet. [...], Wintersemester 1728/1729

[...] Privatim Schöpferi Pendectarum compendio nuper ad finem perducto, Struvii jurisprudentiam explicabit., Wintersemester 1728/1729

Io. Wilh. Engelbrecht publice Strykii introductionem ad praxin forensem interpretabitur. [...],

Sommersemester 1729

[...] Privatis autem lectionibus absoluta jurisprudentia Struvii, [...], Sommersemester 1729

[...] aliisque ad diversas juris partes pertinentibus exercitationibus, novas ex Commilitonum desiderio auspicabitur., Sommersemester 1729

Io. Wilh. Engelbrecht publice Strykii introductionem ad praxin forensem urgebit, eaque finita praxin criminalem tradet. [...], Wintersemester 1729/1730

[...] Privatim in Struvianis, nec non Hoppianis praelectionibus perget, aliasque juris partes, quas auditores desiderabunt, explicabit., Wintersemester 1729/1730

## Dissertationen (20)

De Iusto Naturali Ludorum In Pecuniam : Von Geld- und Glück-Spielen Dissertatio Academica, 31.07.1704

De justo naturali ludorum in pecuniam / Von Geld- und Glückspielen, 13.09.1704

De judiciis metallicis / Von Berg-Aembtern, Berg- Gerichten, 04.02.1705

De jure stapulae, 10.03.1711

De consensu tacito, 07.05.1711

De legitima per quam separantur liberi / Von Ablage der Kinder / occasione statuti Hildesiensis, 15.08.1711

De jure peregrinantium, 28.09.1711

Resolutiones quorundam casuum juris practicorum, 26.02.1714

De praesumtione pro clero, 21.12.1714

Casuum juris resolutiones, 22.03.1715

De reunione pertinentiarum, 30.03.1715

De renovatione investiturae universitatis nomine regulariter non in casu mortis unius ex pluribus feudi curatoribus sed demum cunctis iis deficientibus petenda ex jure civ. et feudali, 11.04.1716

De summis Sacri Romani Imperii tribunalibus problemata quaedam hodienum maxime controversa, 28.01.1717

De advocato Electorali Saxonico, 31.07.1717

De nota characteristica statuum Imperii, 01.10.1717

De conservatoribus in Sacro Romano Inperio, 29.11.1720

De creditore antichretico ad fructus percipiendos non obligato, 11.08.1724

De eo quod justum est circa agnos / Von Lämmer-Recht, 17.10.1724

De bona fide actoris litigantis in foro Saxonico Electorali, 12.12.1727

De lege commissoria contractui pignoraticio illicite et emtionivenditioni aliisque contractibus licite adjecta, 07.05.1729

## Beteiligung an Dissertationen (8)

Respondent in: De odiosis morum characteribus in vita communi solicite vitandis, 31.07.1704

Respondent in: Publicis Nov. praelectionibus praemissum, 28.11.1704

Respondent in: De juris naturae et gentium magno civilis jurisprudentiae praesidio, 10.12.1705

Respondent in: De bono ordine in studiis jurisprudentiae tenendo, 10.07.1706

Respondent in: De judicis in amputandis litibus officio atque prudentia, 27.02.1709

Respondent in: De Inst. imperialibus  pro fundamentis jurisprudentiae non inutiliter retinendis, 10.10.1709

Respondent in: De jurisprudentiae vasto ambitu et nomine Jurisconsulti, 12.03.1711

Respondent in: De origine et progressu juris patronatus, 28.10.1714

## Reden und Programme (5)

Johann Wilhelm Engelbrecht: Programma De Odiosis Morum Charateribus In Vita Communi Solicite Vitandis, 31.07.1704

Johann Wilhelm Engelbrecht: Programma Festo Pentecostes, 27.05.1703

Johann Wilhelm Engelbrecht: Programma De Causis Feliciter Hodie Restitutae Doctrinae Moralis ..., 12.10.1702

Johann Wilhelm Engelbrecht: Programma Publicis Praelectionibus Moralibus Praemissum In Academia Iulia, 10.06.1701

Johann Wilhelm Engelbrecht: Oratio de veris, et necessariis moralis philosophiae adminiculis, 02.06.1701

## Beteiligung an Reden und Programmen (1)

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Memoria Viri Praenobilissimi Consvltissimi Excellentissimiqve Ioannis Wilhelmi Engelbrecht I. V. D. Regis Magnae Britanniae Et Dvcis Brvnsv. Lvneb. A Consiliis Avlicis Codicis In Hac Academia Prof. Pvbl. Ordinisqve Ivridici Senioris ..., 18.09.1729

## Rechenschaftsberichte

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 02.06.1701–23.06.1701 |
| Text | Anno MDCCI / Mense Iunio / Posteaquam ex decreto SEREM AC POTENTISS DOMUS BRUNSVICENSES LYNEBURGENSIS Moralium professio mihi clementissime demandata est / Die 2 Mensis Junii, initium Professionis mea feci oratione solenni. / Die 10 Programma typis exscriptum et ad publicas lectiones imitatorium proposui. / Die 14 Lectiones publicas auspicatus sum, per clarissimus [?] generali quâdam huius philosophiae tractatione, limites theologiae ac philosophia moralis ostendi. / [v] / Die 16 Discursum institui de antiquis et novis philosophiae moralis scriptoribus, iisquem vel bona, vel suspecta, vel malae fidei. / Die 17 Notitiam exhibui de optimis ac probatis in morali philosophia authoribus. / Die 20 Discursum de notitia hac coeptum continuavi. / Die 21 Hanc tractationem absolvi / Die 23 Ex concessione SERENISSIMORUM DIRECTORUM academiae pirmontum profectus sum. / Ioh. Wilh. Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 31 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 18.07.1701–30.09.1701 |
| Text | Anno MDCCI / Mense Iulio / Diebus 18, 19, 21 [et] 22 Post reditum ab acidulis Pirmontanis, disserui de idoneo auditore et praecognitis moralis scientiae. / Diebus 25 [et] 26 Egi de divisione bonorum vitae humanae. / Diebus 28 [et] 29 |

|  |  |
|---|---|
|  | De comparatione et gradibus bonorum. / Mense Augusto / Diebus 1 [et] 2 Mala vitae humanae eorumque gradus proposui. / Diebus 4 [et] 5 Introductionem aperui auditoribus ad doctrinam de summo bono, et felicitate humana eiusque gradibus. / [v] / Diebus 8 [et] 9 Varias opiniones de summo bono communicavi. / Die 21 Sub examen revocavi diversas hasce philosophorum opiniones de summo bono. / Diebus 23, 25 [et] 26 Ordine analytico summum bonum invesitigavi, et illud demum in efficio hominis positum esse demonstravi. / Diebus 29 [et] 30 Impedimenta felicitatis, eiusque gradus exhibui. / Mense Septembri / Diebus 1 [et] 2 Nobilem materiam de principiis actionum humanarum auspicatus sum, et generalem huius doctrinae delineationem praemisi. / Diebus 5 [et] 6 Occupabar in divisione actionum secundum facultates aminae, simulque indagaro, an sensus ad veritatis indagationem conferant. / [34 r] / Diebus 8 [et] 9 Disserui de Spontaneo, et opposito eiusdem invito tam per vim, quam per ignorantiam. / Diebus 12, 13, 15 [et] 16 Affectum doctrinam explanari. / Die 19 Dixi quomodo affectus intensionem et remissionem recipiant. / Die 20 Tractationem institui de libertate voluntatis, adjuncta demonstratione Arist. 1 Mag. Mor. Caput 10 Vers II. / Diebus 22, 23 [et] 26 Materiam de circumstantiis, ut et de scientia iuris et facti, SIMULQUE ignorantia iuris ennucleavi. / [34 v] / Diebus 27, 29 [et] 30 De conscientia, ut et proaeresi nonnulla disserui. / Ioh. Wilhelmus Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2530; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 33 f.; Fol. 8 f. |
| Zeitraum | 03.10.1701–23.12.1701 |
| Text | Anno MDCCI / Mense Octobri / Diebus 3, 4 [et] 6 De deliberatione et procresi egi. / Die 7 Hannoveram ad nuptias sororis iter suscepi, undè redux factus dies 29 eiusdem mensis / Die 31 Disputavi de quaestione: An detur actio moralis indifferens? Et ita materiae de principiis actionum humanarum paulo prolixiori finem imposui. / Mense Novembri / Diebus 1, 3, 4, 7, 8, 10 [et] 11 Doctrinam de virtute humana, eiusquem causis et speciebus exhibui, et intellectuales potissimum virtutes tradere institui / [v] / Diebus 14 et 15 Incidebant nundinae. / Diebus 17 et 18 Erat auctio publica. / Diebus 24 [et] 25 Pietatem erga deum esse principium omnium virtutum inculcavi / Die 28 De animi magnitudine nonnulla disserui / Die 29 De modesto honoris studio. / Mense Decembri / Diebus 1 [et] 2 De cura et liberali usu rei familiaris in serie virtutum moralium perrexi. / Diebus 5 [et] 6 De temperantia, eiusquem specibus et extremis. / Diebus 8 [et] 9 De comitate et urbanitate, earumque extremis. / Die 12 De veracitate quae observanda tradidi, fundamentum virtutum homileticarum exponens. / [36 r] / Die 13 Mansuetudinem, eiusquem extrema proposui. / Diebus 15 [et] 16 Fortitudinem, eiusquem extrema. / Diebus 19, 20, 22 [et] 23 Fundamenta iustitiae tam universalis quam particularis, huiusquem distributiva primum recensui. / Joh. Wilh. Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 35 f. |
| Zeitraum | 03.06.1702–29.09.1702 |
| Text | MENSE IUNIO ANNO MDCCII / Die 3 Exorsus sum librum Pufendorfii, de officio Homine et brevem iuris naturalis historiam praelectionibus hisce praemisi. / Die 4 Praefationem authoris interpretatus sum. / Die 5 Ad acidulas Pyrmontanas ex concessione serenissimi directoris magnificentissimi |

profectus sum. / MENSE AUGUSTO / Die 7 Ex itinere redux tractationem de actione humana exorsus sum, egique de actionis humanae principiis. / Die 8 De intellectu in specia, item intellectus affectionibus, de conscientia recta probabili, dubia et eironea. / Diebus 10 [et] 11 Egi de voluntate in specie, et de illius affectionibus spontaneitate et libertate. / Die 14 Incidebant nundinae Brunsvicenses. / [v] / Die 21 De impedimentis spontaneitatis et libertatis disserui. / Die 22 De affectibus, et illorum moderamine. / Die 24 De contrariis voluntati, coactione, et metu. / Die 26 De formali consecutivo actionum humanarum, videlicet imputativitate, cuius regulas speciales exposui. / Diebus 28 [et] 29 De norma actionum humanarum, s. de lege in genere et iustitia disquisitionem institui. / Die 31 Fundamentum legis naturalis tradidi, et de obligatione eiusdem legis nonnulla adieci. / MENSE SEPTEMBRI / Die 1 Officia hominis erga deum explicare incepi, tradendo capita potiora religionis naturalis. / Die 4 Erant nundinae, et auctio librorum publica. / Die 11 Officia hominis erga deum absolvi. / Die 12 Occupatus fui circa interprationem officiorum hominis erga se ipsum, ubi de moderamine inculpata / [30r] / Tutelae, et iure necessitatis actum est. / Die 14 Praeceptum, de non laedendis aliis, exhibui, et de diverso laesionum genere disserui. / Die 15 Aliud praeceptum generale, de agnoscendâ naturali hominum aequalitate, et vitanda superbia commendavi. / Die 18 Doctrinam de legibus charitatis, et promiscuis officiis humanitatis tradidi. / Diebus 19, 21 [et] 22 Officia paciscentium petractavi. / Diebus 25 [et] 26 Egi de officiiis sermocinantium, et eâdem occasione de simulatione, fictione, veritate, mendacio, et variis menadaciorum speciebus. / Die 28 De iureiurando, et iurantium officiis. / Die 29 Erat festum Michäelis Archangeli. / Johann Wilhelm Engelbrecht

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 30 f. |
| Zeitraum | 13.10.1702–12.12.1702 |
| Text | MENSIBUS OCTOBRIO NOVEMBRIO DECEMBRIO / ANNO MDCCII / MENSE OCTOBRIS / Die 13 Finitis lectionibus publicis ad librum Samuelis Pufendorfii de officio hominis, programmate invitatorio; de causis feliciter restitutae doctrinae moralis novis praelectionibus ad fundamenta ethicae meae dogmacticae prolusi / Die 16 Prolegomena ingressus, historiam doctrinae moralis generalem proposui / Die 17 Usum doctrinae moralis sive in theologiae sive iurisprudentiae foro, ut et in vita communi ostendi / Diebus 19 [et] 20 Veram ethices definitionem exposui / Diebus 23 [et] 24 Ostendi errorem communem, quando ea solum ad forum theologicum et iuridicum pertinere creduntur, de quibus agit theologus et iureconsultus, neque in ethicis de iis esse agendum / Diebus 26 [et] 27 Fundamenta [?] philosophiae moralis tradidi / Die 30 De sectis philosophorum tam ante quam post Christum natum egi / [v] / Die 31 Erat consistorium publicum / MENSE NOVEMBRIS / Die 2 Egi de philosophia quae barbarica dicitur, eaque vel Asiatica, vel Africana, vel Europaea / Die 3 De philosophia graecanica, eaque Ionica et Italica, cuius ultimae Phytagoram Crotoniatem autorem esse demonstravi / Diebus 6 [et] 7 Ex Ionica secta Socratem exhibui, illumque sex novarum sectarum constitorem, inter quas Academia, et peripateticorum illustriores sunt / Diebus 9 [et] 10 De sectis philosophorum post Christum natum inter Iudaeos florentibus, Pharisaeorum, Sadducaeorum, et Essaeorum disserui / Diebus 13 [et] 14 Erant nundinae oppidanae / Die 21 sectas inter |

| | |
|---|---|
| | christianos post Natum Christum ut et inter gentiles recensui / Diebus 23, 24 [et] 27 Argumentum de sectis antiquis absolvi, et recentiores adiunxi / Diebus 28 [et] 30 De varia scriptorum moralium divisione disserui / MENSE DECEMBRIS / Die 1 Propter Consistorium publicum diutius protractum in lectionibus publicis pergere non potui / [28r] / Die 2 De fine hominis ultimo disputavi, falsas de summo bono opiniones reieci / Diebus 4 [et] 5 De summo hominis malo disserui / Diebus 7 [et] 8 Tractationem de subiecto operationis exorsus sum / Diebus 11 [et] 12 De corpore et anima hominis meditationem institui / Diebus 14 [et] 15 Egi de animae immortalite, ceu maxima eius perfectione. Sequebantur postea feriae nativitatis. / Johann Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol 27 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 15.01.1703–27.03.1703 |
| Text | MENSE IANUARIO, FEBRUARIO, MARTIO / ANNO MDCCIII / MENSE IANUARIO / Diebus 15 [et] 16 De intellectu, eiusque proprio munere disserui. / Die 18 De Voluntate. / Die 19 Principia actionum humanarum in genere exposui. / Die 22 Specialius hanc doctrinam pertractavi, tradendo cum effectivum principium actionum humanarum videlicet pro aresin [?], tum constitutivum, quod constituunt circumstantiae. / Die 23 De virtute morali, et opposito illi vitio egi. / Die 25 Erat mutatio Vice-Rectoratus. / Diebus 16 [et] 27 De gradibus virtutum et vitiorum in genere disserui. / MENSE FEBURARIO / Diebus 1 [et] 2 Doctrinam de semivirtutibus et semivitiis exorsus sum. / Diebus 5 [et] 6 Hanc doctrinam ad finem perduxi. / [v] / Diebus 8 [et] 9 De virtute Heroica discursum institui, et quod pauci hodie dentur Hereos demonstravi. / Diebus 12, 13 [et] 15 De religione Naturali potiora capita exposui. / Diebus 16, 19 [et] 20 Officia hominis erga Deum exorsus sum, et virtutem principalem haec officia dirigentem, videlicet pietatem delineavi. / MENSE MARTIO / Diebus 22 [et] 23 In officiis tradentis erga Deum, cultuque tam interno, quam externo perrexi. / Diebus 26 [et] 27 Hanc doctrinam absolvi inde sequebantur Feriae paschales. / Ioh. Wilh. Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 34 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 30.06.1703–21.09.1703 |
| Text | Mense Iulio Anno MDCCIII / Hoc mense propter usum acidularum Pirmontanarum abfui, nec ordinariis laboribus vacavi. / Mense Augusto / Ab acidulis redux factus, diebus 9 et 10 ad lectiones morales reversus sum, et in fundamentis ethicae meae ad offica et virtutes hominum erga alios, perrexi, in genere de officiis hisce praefatus. / Die 13 Incidebant nundinae Brunsvicenses. / Die 20 Fundamentum horum officiorum latius exposui. / Diebus 21, 23 [et] 24 De iustitia et opposito illi vitio iniustitia egi. / Diebus 27 [et] 28 Disserui de liberalitate et magnificentia. / Diebus 30 et 31 Opposita harum virtutum exhibui, pergens ad mansuetudinem, cuius definitionem resolvi, addendo mansuetudinis diversas species, Longanimitatem, Lenitatem et Benignitatem et mansuetudinis opposita. / Mense Septembri / Diebus 3 et 4 Erant nundinae nostrae oppidanae. / Diebus 6 et 7 Virtutum Homileticarum expositionem exorsus sum. / Diebus 10, 11, 13 [et] 14 De veracitate, comitate, et urbanitate, illarumque extremis in specie disserui. / Diebus 17 [et] 18 De gravitate et civilitate. / Die 20 Lectiones meas ad libros Nicomachicos |

| | |
|---|---|
| | Aristotelis exorsus sum. / Die 21 Iter in patriam suscipiendum fuit. / Joh. Wilh. Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2532; 37 Alt 211 Heft 2, Fol. 35; Fol. 47 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 18.10.1703–17.12.1703 |
| Text | MENSE OCTOBRI NOVEMBRI DECEMBRI ANNI MDCCIII / MENSE OCTOBRI / Diebus 18 [et] 19 Auspicatus sum praelectiones ad Decalogum et ostendi recte discerni legem Divinam in moralem, ceremonialem, et forensem, illorumque improbam opinionem refutavi qui male leges decalogi pro legibus mere politicis habent mutationi Obnoxiis. / Diebus 22 [et] 23 Prolegomena quaedam praemisi et de potioribus interpretibus Decalogi disserui. / Diebus 25 [et] 26 Duplici modo leges Decalogi considerari posse formaliter scilicet ac materialiter ostendi. / Diebus 29 [et] 30 Ex legibus moralibus potiores regulas tradidi in explicatione decalogi observandas. / MENSE NOVEMBRI / Die 1 Praeceptum Decalogi primum exorsus sum et summa illius capita delineavi. / Die 2 Ostendi hoc praeceptum formaliter spectatum negativis esse accensendum. / Die 5 Erat Consistorium publicum. / Die 6 De fundamento et fine praecepti primi disserui. / [v] / Diebus 8 [et] 9 Virtutes quae implicitè et virtualiter in hoc praecepto continentur exhibui. / Diebus 12 [et] 13 Erant Nundinae Oppidanae. / Diebus 19 [et] 20 Vitia sub idololatria implicitè latentia commonstravi. / Diebus 22 [et] 23 Ad leges perrexi quibus deus agnitionem et cultum religiosum internum tam in naturae quam scripturae libro praescribit. / Diebus 26 [et] 27 Quaestiones non nullas illustres fluentes ex praecepto primo adieci, an videlicet Iudai et Sociniani propriè sic dicti idololatrae dici possint, quid itidem de pontificiis sentiendum sit hostiam consecratam adorantibus. / Diebus 29 [et] 30 De Appendice praecepti primi, de non faciendo sibi sculptili disserui. / MENSE DECEMBRI / Die 3 Explicationem secundi praecepti ingressus, capita huius praecepti potiora tradidi. / Diebus 4, 6 et 7 Virtutes ad hoc praeceptum spectantes exhibui. / Diebus 10 et 11 Vitia itidem exposui. / Diebus 13 et 14 Quaestiones illustres aliquot ex hoc praecepto manantes addidi, interque illas potiores, num liceat in ritibus ad religionem / [37r] / spectantibus simulare, aut dissimulare, itidem quid habendum sit de execrationibus, quibus aliis mala imprecamur, et de iuramento Execrationis. / Die 17 Ad Tertium Decalogi praeceptum progressus sum, et de moralitate sabbati iuribus agens reliquis huius mensis diebus hoc praeceptum absolvi. / Joh. Wilh. Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 36 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 10.04.1704–31.05.1704 |
| Text | MENSE APRILI, MAIO, IUNIO / ANNI 1704 / Die 10 Quintum Decalogi Praeceptum exorsus sum, de Obligatione huius Legis disserui. / Die 11 Definitionem homicidii exposui addendo varias divisiones, ostendendo quid casuale quid culposum, quid dolosum sit Homicidium. / Diebus 14 [et] 15 Homicidium Dolosum, recte subdividi in simplex et qualificatum tradidi, et Homicidii qualificati species autocheiriam, parricidium, Latrocinium et Assassinium adieci. / Diebus 17 [et] 18 Homicidium et omittendo et committendo fieri ostendi, ubi tn. demonstratum, hoc praecepto prohiberi non quamvis Hominis occisionem, sed primario tantum illam, quae est Voluntaria, et iniusta, et uno nomine homicidium dici meretur. / Diebus 21 [et] |

| | |
|---|---|
| | 22 Secundario tn. etiam quamvis iniuriam et iniquam Laesionem et omnes Homicidii causas et Occasiones hoc praecepto interdici demonstravi. / Diebus 24, 25, 28 et 29 Leges alias in hoc Praecepto Latentes indicavi. / MENSE MAIO / Die 1 Erat Festum Ascensionis. / [v] / Die 2 Examinavi occasione quinti Praecepti quaest. Moralem An Magistratus dispensare possit in Poena Homicidii dolosi ut Homicidium pröereticum [?] poena capitali non afficiat? / Diebus 5 et 6 Alteram quaestionem excusi, an fur nocturnus effractor sine transgressione quinti decalogi praecepti privata Authoritate possit interfici. / Diebus 8 [et] 9 Sextum Praeceptum exorsus sum, et de fine huius praecepti disserui. / Die 11 et sequens Incidebat Festum Pentecostes. / Diebus 26, 27, 29 [et] 30 Ad sextum Decalogi Praeceptum spectatores virtutes et vitia tradidi. / MENSE IUNIO / Legem Decalogi septimam, octavam, nonam et decimam adieci finem hisce Laboribus publicis imponens. / Johann Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 30 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.07.1704–25.09.1704 |
| Text | ANNO MDCCIV / MENSE IULIO, AUGUSTO, SEPTEMBRI / MENSE IULIO / Cum Lectiones Decalogicae finitae essent, programma de odiosis morum Characteribus in vita communi solicitè vitandis typis exscribi curavi, illudque dies 31 huius mensis publicè proposui / MENSE AUGUSTO / Die 7 Proaemiali prolusione usum doctrinae moralis characteristicae exposui, characteristicos potissimum laudando auctores tam veteres quam recentiores, et ex illis Theophrastum, ex his Dominum de la Brugexe et Bellegandium / Die 8 Vitam Theophrasti Dominis Commilitionibus recensui, et memorabilia ipsius facta exhibui / Die 11 Incidebant Nundinae Solennes Brunsvicensium / Die 19 Caput primum ex Theophrasti, quod introductionem ad opus hoc complectitur exposui / Die 21 Perrexi ad caput secundum de cavillatione seu dissimulatione / Die 22 Ad caput de Adulatione / [v] / Diebus 25 [et] 26 De garrulitatis et rusticitatis notatione disserui / Diebus 28 [et] 29 Hominem blandum, et perdite [?] audacem ad ductum capitis sexti et septimi exhibui / MENSE SEPTEMBRI / Die 1 Hominis loquacis mores delineavi, ut et rumorum confictoris, quod Vitium Galli le debit des nouvelles vocant / Die 2 Characterem impudentiae excussi occasione capitis decimi / Diebus 4 et 5 De sordida parsimonia ut et impuritate disserui / Diebus 8 [et] 9 De intempestivitate et sedulitate inepta / Die 11 De stupiditate et ferocitate egi / Die 12 Propter dissertationem Iuris Naturalis de ludis in pecuniam die sequenti sub praesidio meo habitam lectionem distuli / Die 15 Characterem Hominis Superstitiosi ut et notationem inique queruli exhibui / Die 16 Hominis dissidentis et foedi / Die 18 Delineavi taediosum et sordidae Laudis cupidum / Die 19 Illiberalem et Ostentatorem / Die 22 Notationem hominis superbi et timidi proposui / [28r] / Die 23 De moribus Optimatum egi occasione capitis XXVII apud Theophrastum. / Die 25 De insolentia sive sera institutione, cui notationi ultimum characterem de maledicentia adieci / Johann Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 27 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 30.09.1704–19.12.1704 |
| Text | Anno MDCCIV / Menses Octorbris, Novembris, Decembris/ Mense Octobri / Hoc mense iter in patriam mihi suscipiendum fuit, adeoque lectiones novas, |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | Ethica characteristica absoluta, usque in proximum mensem differre coactus sum. / Mense Novembri / Die 6 Publico programmate proposito, lectiones novas ad domini Doctoris Eisenharti institutiones iuris Naturae typis hic denuo recussas auspicatus sum / Die 7 Prolegomena de instituto huius operis exposui / Die 10 Exorsus sum historiam iuris Naturae ut ad futuros labores eo relius [?] praepararentur auditores, quam eandem historiam adiungendo recentiores controversias ex hoc iure motas diebus sequentibus huius mensis continuavi et absolvi / Mense Decembri / Diebus 1, 2, 4, 5, 8 [et] 9 De vetustis interpretibus iuris Naturae de quibus capitulo primo Dominus authos [?] agit, disserui. / Diebus 11, 12, 15 [et] 16 Impendi praelectioni capitis secundi de recentoribus iuris Naturae interpretatoribus, ubi et Grotii, Hobbesii, Cumberlandi, et Puffendorfii potiores hypotheses recensui, ut et Pufendorfi excitatas controversias a Domini Valent. Alberti aliisque / [v] / Diebus 18 [et] 19 Meam de iuris Naturae sententiam commilitionibus exposui, et de controversia S. Puffendorfio decisa disserui: An detur peculiare ius Gentium positivum Naturali iuri contradistinctum. Sequebantur Festum Nativitatis Christi / Johann Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 29 |
| | |
| Zeitraum | 31.12.1704–28.02.1705 |
| Text | Anno MDCCV / Mensis Ianuario, Februario et Martio / Mense Ianuario / diebus 20, 22 [et] 23 Ad caput tertium institutionium Iuris Naturalis perrexi egique de Iuris Naturalis existentia, definitione, origine atque immutabilitate / diebus 26, 27 [et] 29 de Principiis et Obiecto Iuris Naturalis ex morali Doctrina, de Principiis ac differentiis actionum humanarum repetitam tractationem exhibui, quam / 30 die huius Mensis absolvi / Mense Februario / die 2 Incidebat dies festus / diebus 3, 5 [et] 6 Caput Quintum de Iure Naturali quod Pietatem in Deum praecipit, et impietatem vetat pertractavi / diebus 9, 10 et sequentibus Sequebantur Nundinae Brunsvicenses quibus finitis reliquis huius Mensis diebus Caput sextum de Iure Naturali, quod animi Magnitudinem dirigit interpretatus sum / Mense Martio / diebus 2, 3, 5 et 6 Caput Septimum tradidi de Iure Naturali quod honoris et bonae Existimationis curam dirigit, ubi actum de Officio hominis erga famam / diebus 9, 10 [et] 12 Ad Caput IIX me contuli explicaturus Doctrinam Iuris Naturalis, quae Curam rei familiaris, liberalitatem, magnificentiam, et Officiositatem dirigit, ac praescribit. / [22] / diebus 13,16 [et] 17 Ductu Capitis IX egi de Iure Naturali, quod Corporis et speciei humanae Conservationem, seu actus temperantiae regit, ubi de frugalitate sobrietate castitate, ut et Nuptiis Legitimis et prohibitis gradibus prolixius instituta est tractatio / diebus 19 [et] 20 Explicui Caput X de Iure Naturali, quo comitas, et urbanitas omnisque conversatio civilis regitur / diebus 23, 24 et Sequentibus Die I. de Iure Naturali quod veracitatem praecipit, eiusque opposita vetat exhibui / Johann Wilhelm Engelbrecht. |
| Quelle | 37 Alt, Nr.2534; 37 Alt 211 H.2, fol. 21-22; fol. 139 |
| | |
| Zeitraum | 10.07.1706–29.09.1706 |
| Text | Mensibus Iulio Augusto Septembris MDCCVI / Mense Ivlio / die 10 Pragrammate typis impresso de Bono ordine in studio Juris prudentia tenendo publicas lectiones ad Instituta significavi / die 26 Easdem lectiones auspicatus |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | sum, et nonnulla de methodo Futuri labrois praesuminis loco proposui. / diebus 27,29 [et] 30 de statu iuris Rom. ante Justinianum dissemi, ubi de variis Republ. Romanae periodis, iure REgio Legibus XII Tabb. ex iure praetorio disquisivi. / Mense Augusto / die 2 3 de statu iuris Rom. tempore Iustiniani egi. / die 5 de Codice Iustinianeo. / die 6 de Digistis / die 10 de ordine et divisione Digestorum prolixius disserere Intitue / die 12 de Codice repetita praelectionis. / die 13 de Divisione Codicis. / die 16 Incidebant nundinae Brunsvicenses. / die 13 et 31 Egi de Novellis ut et de Codice Theodosiano et fragmentis quorundam sure Consultorum. / [v] / Mense Septembri die 2 Sermonem habui de stata iuris Rom. post Iustinanum / die 3 de auctoritate Novellarum post Iustinianum confectarum in specie vero de Novellis Leonis. / die 6 de libris [griechisch] eorumque authoritate / die 7 de Authenticis in Codicem relatis / die 13 de iuris Feudalis Origine et authoritate. / die 14 de libris iuris Canonici eorumque authoritate imprimis a interris Protestantium. / die 16 Proeminum Institutionum sum exorsus. / die 17 tit. 1 de Iustitia et Iure interpretatus sum. / die 20 tit. 2t de iureNat. Gent. et Civita / die 21 tit. 3t. de iure personarum, ut et tit. 4 et 5 de ingenuis et libertiinis tractavi. / die 23 tit. 6 qui et ex quibus caus. nunc mittere non poosunt proposui ut et tit. 7 de Lege Fusia Caninia tollenda. / die 24 tit. 8te de his qui fui vel alieni iuris sunt, ut et titulum 9num de patria protestate. / die 29 incidebat Festum Michaelis. / Johann Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 211 H. 2, fol. 75 |
| | |
| Zeitraum | 30.09.1706–30.11.1706 |
| Text | Mensis October, November, December / Anno MDCCVI / Mense Octobri. / diebus 11[,] 12.[,]14.[et] 15 tituli Xmi de Nuptiis interpretatus sum. / die 18 tituli 11. de Adoptionibus. / die 19 tituli 12. quibus mod. ius pat. pot. solvitur./ diebus 21. [et] 22. tituli 13 de Futelis exposui. / die 25. tituli 14. qui testamento tutores dari possunt. / die 26. de legitima agnatorum tutela tituli 15. tradidi. / die 28 tituli 16. de Capitis diminutione proposui. / die 29. interpreatatus sum titulos a 17mo usque ad 20ni indef. de legitima patronorum tutela de legitima parentum et de Fiduciaria tutela, adiuncto titulo de Attiliano tutore. / Mense Novembri / die 1 de authoritate Tutorum titulum 21mi exposui. / die 2 tituli 22. Quibus modis tutela finitur. / die 4 tituli 23. de Curatoribus. / die 5. tituli 24 de Satisdatione Tutorum et Curatorum. / die12 titulum 26 de Suspectis Tutoribus et Curatoribus. / diebus 15 [et] 16 Erant nundinae oppidanae. Reliquis diebus huius mensis propter mutationem domicilii non perrexi. / Mense Decembri / Titulum primum libri secundi Institutionium de rerum divisione et acquirendo ipsarum dominio exposui usque ad Festum Nativitatis. / Johann Wilhelm Engelbrecht. |
| Quelle | 37 Alt 2535; 37 Alt 211 H.2, fol.19; fol.74 |
| | |
| Zeitraum | 17.01.1707–14.03.1707 |
| Text | Menses Ianuarius, Februarius, Martius / Anno MDCCVII / Mense Ianuario / Die 17 tituli 2di libris 2di Institutionium de rebus Corporalibus et incorporalibus exposui. / die 18 tituli 3tii de Servitutibus urbanorum et rusticorum praediorum. / die 20 Egi de Servitutibus personalibus in genere, et primo quidem de Usufructa. / die 21 de Usu et Habitatione / diebus 24 et 25 Materiam de Usucapionibus et longi temporis praescriptionibus tradidi. / |

| | |
|---|---|
| | diebus 27 et 28 titulum de Donationibus interpretatus sum / die 31 tituli 8vi quibus alienare licet vel non licet, ut et sequenti 9ni per quas personas cuique acquintur, pertractavi. / Mense Februario / diebus 1, 3 [et] 4 tituli Xmi liber 2dum de Testamentis Ordinandis interpretatus sum. / die 7 Egi de Testamento militari, ut et de Exheredationibus et earundem causis. / die 8 et sequentibus Erat Mercatus Brunsvicensis. / diebus 14 et 15 tituli 14ti de haeredum institutionibus ut et materiam substitutionum explanavi. / die 17 / tituli 17mi quibus modis testamenta infirmantur. / die 18 tituli 18mi de inofficioso testamento. / die 21 Egi de haeredum qualitate et differentiae. / diebus 22, 24 [et] 28 Expositionem tituli 20mi de legatis exorsus sum. / [v] / Mense Martio / diebus 1, 3, 4 et 7mo coeptam materiam legatorum absolvi. / die 8 tituli 21 et 22 de Ademptione et translatione legatorum ut et lege Falcidia proposui. / die 10 tituli 23ti de Fideicommissariis haereditatibus, et ad Senatus Consultum Trebellianum / die 11 tituli 24ti de singulis rebus per fideicommissum relictis. / die 14 Egi de Codicillis postea ceteris huius mensis diebus materiam succesionum ab intestato occasione titulorum initii libri 3tii Institutionum et in specie Novellae 11 exposui. / Iohan Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.2, fol.18; fol.77 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.04.1707–30.06.1707 |
| Text | Menses Aprilius, Maius, Iunius / Anno MDCCVII / Mense Aprili / diebus 1 et 4 tituli 4ti libri 3tii Institutionum de Obligationibus interpretatus sum. / diebus 5, 7 [et] 8 titulum 15tum quibus modis re contrabitur obligatio exposui / ut et titulum 16tum de Verborum Obligationibus. / diebus 11 [et] 12 Erant nundinae oppidanae / diebus 14 [et] 15 titulum 17mi de duobus reis stipulandi et promittendi / ut et 18vum de Stipulatione Servorum, et 19vum de divisione stipulationum proposui. / diebus 18 et 19 titulum 20mun de inutilibus Stipulationibus excusi. Sequebatur Festum Paschatos. / Mense Maio / diebus 2 et 5 titulum 21mum de Fideiussoribus exposui./ die 6 tituli 22ndi de literarum obligationibus excussi. / die 9 titulum 23tium de obligationibus ex consensu. / diebus 10,12 et 13 titulum 26 de Erectione Verditione. / diebus 16,17,19 de Locatione conductione titulum 25tum / diebus 20 et 23 titulum 26tum de Societate proposui / diebus 24 et 26 titulum 27tum de Mandato. / die 27 titulum 28vum de obligatione quae quaestio ex contractio nascuetur. / die 30 titulum 29vum per quas personas et obligationes acquisita exposui. / die 31 titulum 30num quibus modis tollitur obligatio interpretatus sum, et simul cum titulo hoc librum tertium absolvi. /[v]/ Mense Iunio / die 2 incidebat Festum Adscensionis Domini Nostri Iesu Christi / diebus 3, 6,7, 9 et 10 titulum primum libri 4ti institutione de obligationibus quae ex delicto nascuntur exposui. / die 13 incidebat festum pentecostes. / die 20 Progressus sum ad titulum 2dum de vi bonorum raptorum. / die 21 titulum 3tium de lege Aquilia tradidi. / diebus 23 et 27 titulum 4tum de iniuriis. / die 24 Erat Festum Iohannis Baptistae. / die 28 et 30 titulum 5tum de obligatione quae quasi ex delicto nascuntur sum interpretatus. / Iohannes Wilhelmus Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2536, fol.19 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.07.1707–16.09.1707 |
| Text | Menses Iulius, Augustus, Septembrius / Anno MDCCVII / diebus 1,4, 5, 7 [et] 8 titulum VI libri IVti Institutionum de Actionibus interpretatus sum. / diebus 11 |

| | |
|---|---|
| | et 12 Incidebat Mercatus Oppidanus. / diebus 14, 15, 18, 19, 21 [et] 22 titulum de Actionibus et continuavi, et absolvi. / die 25 titulum VIIum quoad cum eo qui in aliena potentissimi et negatioris gesta esse dicitur. / die 26 titulum IXXvum de noxalibus actionibus et sequentem 9num si quod pauper fecit dicitur. / die 28 titulum Xmum de iis per quos agere possumus, ut et XImum de Satisdationibus interpretatus sum. / die 29 titulum XIIndum de perpetuis et temporalibus Actionibus et quae ad haereditionem et in haereditione transeunt. / Mense Augusto / die 2 titulum XIImum de Exceptionibus tradidi. / die 4 titulum XIVtum de Replicationibus exposui. / diebus 5, 8 et 9 titulum XVtum  de interdictis aggressus sum. / diebus 11 et 12 titulum XVItum de poena tenere litigantium explanavi. / die 15. Ob incidentes nundinas Brunsvicenses, et postea ob iter in patriam impeditus reliquis huius mensis diebus pergeo non potui. / [v] / Mense Septembri / die 6 titulum XVIImum de officio iudicis exorsus sum. / die 8 Ob tentamen Candidati in Facultate nostra iuridica publicas lectiones differre coactus sum. / diebus 9 et 12 titulum XVIImum et continuavi et ad finem perduxi. / die 13 ob Examen uti vocant rigorosum Candidati eiusdem in iuridicam  / Facultate in lectionibus publicis pergere non licuit. / diebus 15, 16 et sequentibus huius mensis diebus titulum XIIXum eumque ultimum in Institutis de publicis iudiciis interpreatus sum,atque adeo iuvante divini Numinis gratia praelectiones hasce publicas ad institutum absolvi. / Iohannes Wilhelmus Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2536, fol.20 |
| | |
| Zeitraum | 27.10.1707–23.12.1707 |
| Text | Menses October, November, December / Anno MDCCVII / Mense Octobri / die 27 Programma invitatorium ad Iohannis Schilteri institutiones iuris Canonici publice proposui. / Mense Novembri / die 1 Generalem ad Canonicum ius praemittere exorsus sum introductionem, qua absoluta die 3 et 4 de ipsa Ecclesia agere coepi. / diebus 3, 4, 7, 8, 10 et 11 plenius excussi argumentum de summa in terris sacra seu Ecclesiastica potestate, ubi et de iure Principum circa sacra et quibus illud potissimum partibus absolvatur disserui, simulque ostendi quod et olim summum illud circa sacra imperium suo modo apud Ethnicos Imperatores fuerit. / Mense Decembri / diebus 14 et 15 Erat mercatus oppidanus. / Diebus 17 et 18 Egi de natura iuris prudentiae sacrae. / diebus 21, 22 et 24 de legibus sacris et origine iuris Canonici / die 25 paulo specialius argumentum de facie Ecclesiae et primitivae potissimum tractavi, ubi simul actum de Episcoporum metropolitanorum patriacharum et primatum origine. / die 28 de Parochiis egi, quaenam itidem Ecclesia mater et filia dicatur ostendi, quanam itidem potestas clericorum ordinis sit, et quibus ea terminis circum scribatur ne exosum hierachiae sacrae nomen incurrat. / die 29 de Synodis disserui. / die 1 et 2 De iudiciis Ecclesiasticis, Consistorii, et foro Clericorum competente, qua occasione etiam argumentum, de Episcopali audientia et quomodo illa male olim ab Episcopis extensa fuerit, adjeci. / diebus 5 et 6 de Visitatione Ecclesiastic. / die 8,9,12, et 13 de Episcopis et Clericis in specie de iure Episcolali, de Capitulo eiusque iure, Cardinalibus, Canonicis, Praelatis et Chorepiscopis disquisivi. / die 15 de Presbyteri / die 16 de Diaconis et Diaconiosis. / die 19 et 20 de Clericis minorum ordinum / die 22 et 23 de Abbatibus et monachis, ut et de sacris ordinibus Equestribus disserui. / Iohannes Wilhelm Engelbrecht / Helmstedt den 6. August 1708 |

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2536, fol.21-22 |
| Zeitraum | 09.01.1708–30.03.1708 |
| Text | Mensis Ianuar, Februar, Martius / Anno MDCCIIX / Mense Ianuario / die 9 Post dies Festivos argumentum de scholis et universitatibus exposui. / diebus 10, 12, 13, 16, 17, 19 [et] 20 Patronatus pertractavi. / die 23 de Ordinatione Ecclesiae ministrorum disserui. / diebus 24, 26 [et] 27 de Confirmatione et investitura. / diebus 30 et 31 de Personarum Ecclesiasticarum officio et qualitatibus egi. / Mense Februario / diebus 3,6,7,9 et 10 de privilegiis et immunitatibus Clericorum disceptavi. / diebus 13 [et] 14 de Excessibus et Poenis Clericorum. / diebus 16 [et] 17 de iure Laicorum sive Parocianorum plenius disserui et librum 1mum Institutionum Iuris Ecclesiastici simul absolvi. / [v] / Mense Martio / diebus 20, 21, 23 [et] 24 ius rerum et Sancti Liturgiam exposui. / diebus 27 et 28 Sacrum Baptisma, variasque huc spectantes quaestiones proposui et ad liquidum deduxi. / Diebus 1 [et] 2 de Sanctosanctissima Eucharistia sermonem institui. / diebus 5 [et] 6 de Poenitentia et Sancta Absolutione disserui. / Diebus 8 [et] 9 Egi de Excommunicatione seu Banno / diebus 12, 13 [et] 15 Tractationem de Sanctosanctissimis Ecclesiis et bonis ecclesiasticis suscepi. / diebus 16, 19, 20 [et] 22 de iure templorum sermocinatus sum. / diebus 23, 26 [et] 27 aedibus et rebus ecclesiasticis plenius disserui. / diebus 29 et 30 Argumentum de Eleemosynis persecutus sum. / Iohann Wilhelm Engelbrecht / Helmstadiense die 6. Augusti 1708 |
| Quelle | 37 Alt 2537, 30 |
| Zeitraum | 31.03.1708–29.06.1708 |
| Text | Mensis April, Maius, Iunius / Anno MDCCIIX / Mense Aprili / Finito Paschatos festo hoc mense, quae restabant adhuc ex Schilteri institutionibus iuris Canonici libro 2do exponenda a capite Xmo usque ad ultimum absolvi, tradendo argumenta fori mixti quae dicuntur, de sponsalibus, nuptiis, divortiis, concubinatu et sepultaris. / Mense Maio / Absolutis praelectionibus iuris Canonici, alteram muneris mei partem, ius Feudale, inchoaturus, publico programmate futuris laboribus Strykiani examinis die 18vo prolusi. / diebus 24 [et] 25 Historiam iuris fuedalis occasione 1mi capitis tradidi, et de origine iuris feudalis eiusque authoritate plenius disserui. Sequebatur festum Pentecostes. / [v] / Mense Iunio / diebus 4,5, 7 et 9 ad caput 2dum Strykiani examinis progressus naturam ac definitionem feudi excussi. / diebus 11, 12, 14 [et] 15 perrexi ad caputem 3tium de divisione feudi, ubi feudi proprii naturam potissimum inquisivi, et invariis exemplis ostendi, quod illud vel ratione acquisitionis vel ratione obiecti vel ratione effectus vel ratione formae vel situs variet. Unde de feudo veteri et novo ecclesiastico et seculari, nobili et ignobili seu Burgensi, regali et non regali, ligio et non ligio prolixius egi. / die 18vo caput IVtum de feudis impropriis exorsus argumentum de feudo foeminino et oblato proposui. / die 19 de feudo iniurato, item in pecunia consistente aliisque impropriis feudis disserui. / die 21 de feude, ratione servitiorum improprio egi. / diebus 22, 25 [et] 26 de feudo conditionato censuali, Guardiae et Guastaldiae. / [32r] / die 28 de Feudo Advocatiae et Aperturae / die 29 de Feudo habitationis soldatae de Camera et de Cavena lectionem habui, adeaque impropria feuda absolvi. / Iohannes Wilhelmus Engelbrecht / |

| | |
|---|---|
| | Helmstadiense die 6 Augusto 1708 |
| Quelle | 37 Alt 2537, 31-32 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 02.07.1708–21.09.1708 |
| Text | Mensis Iulius, Augustus, September / Anno MDCCIIX / Mense Iulio / die 2 Erat dies festus. / die 3 Propter consistorium impeditus in lectionibus non perrexi. / diebus 5 et 6 ad caput 11tum Examinis Strykiani progressus de personis feudum concedentibus disserui. / diebus 9 et 10 Erant nundinae oppidanae. / die 12 et 13 Egi de personis feudum acquirentibus. / diebus 16, 17 & 19 De nuptiis et tutela feudali. / diebus 20 et 22 Argumentum de rebus in feudum dandis occasione caputis IIXtavi Strykiani examinis persecutus sum. / die 24 Erat mutatio Vice-Rectoratus. / diebus 26, 27, 30 et 231 ad ductum capitis 9ni capitis un. quae sint Regalia 2 feud. 56 exposui et inspecie egi de iure die viarum publicarum ripaticis, telonio regali cudendae monetae, Angariae et parangariae, metalli fodinarum, salinarum, iure collectarum itidem et venandi. / [v] / Mense Augusto / Post nundinas Brunsvicenses, quae incidunt in diem 13 huius mensis die 20 ad caput 1num progressus materiam de servitutibus feudo impositis proposui. / diebus 21 [et] 23 caput XI de praescriptione feudi excussi. / diebus 24, 27, 28 caput XII de investitura feudali pertractavi. / diebus 30 et 31 De iuramento fidelitatis investiturae annexo occasione capitis 13 disserui. / Mense Septembri / diebus 3 et 4 Erat mercatus oppidanus. / diebus 6,7,10, 11, 13 et 14 Egi de dispositione testamentaria circa feudum ad ductum capitis 14ti Strykiani examinis. / diebus 17, 19, 20, 21 et sequentibus huius mensis diebus successionem descendentium in feudo ad ordinem capitis 15ti plenius proposui. / Iohannes Wilhelmus Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2537; 37 Alt 211 H.3, 33; 13 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.10.1708–21.12.1708 |
| Text | Mensis October, November, December / Anno MDCCIIX / Mense Octobri / diebus 1, 2, 4 [et] 5 Ad caput 16tum Strykiani examinis progressus successionem ascendentium et collateralium in feudis exposui. / diebus 9, 10, 11 [et] 12 ad caput 17tem de renovatione investiturae a successore feudi potenda et Laudemio disserui. / die 15 Erat Natalis Academiae. / die 16, 18 [et] 19 caput tradidi 18vum de obligatione feudali inter Dominum et Vasallum / diebus 22, 23, 25, 26, 29 [et] 30 Egi ad caput XIXmim de Contractibus circa feudum inire licitis vel non . / Mense Novembri / diebus 1,2,5, 6, et 8 Caput XX de feudi alienati revocatione interpretatus sum. / diebus 12 et 13 incidebant nundinae oppidanae. / Sequentibus huius mensis diebus propter raucedinem et catharrum lectiones meas differre coactus sum. / Mense Decembri / diebus 3,4, et 6 Egi de obligatione feudali et quasi contractu occasione caput XXImi / [r] / diebus 7, 10 et 11 de modis quibus obligatio feudalis dissolvatur ad caput XXII. disserui. / diebus 13 [et] 14 Ad caput XXIIItium de delictis feudalibus et ad quem obit devolvatur. / diebus 17 [et] 18 de Actionibus feudalibus ad caput XXIVtum plenius disquisivi. / diebus 20 et 21 Argumentum de iudicio et processu feudali occasione capitis XXVti Strykiani examinis addidi, simulque feriis natalitiis incidentibus feudalis iuris praelectionibus fidem imposui. / Iohannes Wilhelmus Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2537; 37 Alt 212 H.1, 34-35; 22-23 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.12.1708–22.03.1709 |
| Text | MENSE IANUARIO FEBRUARIO MARTIO / Mense Ianuario post absolutas scholas iuris feudalis ad novas lectiones me praeparans. / MENSE FEBRUARIO / Die 27 Programma typis impressum publice proposui, eoque simul praelectiones novas ad Strykii introductionem praxeos forensis significavi. / MENSE MARTIO / Die 8 De notitia praecipuorum auctorum, qui de processu judiciario commentati sunt disserui. / [v] / Die 11 Monita quaedam generalia circa processum prudenter instituendum observanda exhibui. / Die 12 Ad caput primum Strykianae introductionis me converti et exposui actionem commodè eligendam, definitionem processus, simulque ex quo jure processus originem ducat addendo nonnulla de stylo curiae. / Die 14 De varia iudicii divisione, in civile et criminale de processu itidem criminali vel inquisitorio vel accusatorio egi. / Die 15 De iudicio civili, ordinario et summario, substantialibus processus, processu itidem executivo pleniorem expositionem tradidi. / Diebus 18 et 19 Erant nundinae oppidanae. / Die 21 Divisionem iudicii civilis in reale et personale, illiusque iterum in possessorium vel petitorium, possessorii a. in ordinarium et summarium prolixius persecutus sum. / Die 22 Egi de remedio provisionali et foro competenti. / Iohann Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2538, Fol. 23 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 12.04.1709–28.06.1709 |
| Text | MENSE APRILI MAIO IUNIO / MENSE APRILI / Diebus 12, 15 et 16 Ad caput secundum Strykianae introductionis ad Praxin forensem progressus sum de remediis sopiendi litem ante motum processum disserui, qua occasione exposita materia de arbitris, interpellatione extra-judiciali responsis prudentum et Commissariis eorumque officio. / Diebus 18 [et] 19 De supplicatione pro impetrando processu tum et mandato cum et sine clausula ad ductum capitis tertii pleniorem tractationem institui. / Diebus 22 [et] 23 Caput 4tum de citatione illiusque varia divisione explanavi. / Diebus 25, 26, 29 [et] 30 Tradidi caput 5tum de remediis reo competentibus vel provocandi actorem ad agendum vel declinandi iudicium, ubi simul actum de practica famosa liber si contendat 28 ff. de Fideiussoribus et liber diffamari 5 de ingen. manumissis et quomodo processus hic instituatur. / [v] / MENSE MAIO / Die 2 De contumaciae accusatione et coercenda contumacia ad caput VItum disserui. / Diebus 3, 6 [et] 7 Caput septimum ingressus de Libello variisque illius clausulis et utilibus et necessariis pleniorem expositionem suscepi ubi simul dictum de efficacia ita vulgo dictae clausulae salutaris. / Die 9 Erat Festum Inscensionis dominicae. / Diebus 10, 13 et 14 Caput IIXtum de dilationibus et feriis interpretatus sum. / Diebus 16 [et] 17 Caput IXmun de exceptionibus dilatoriis exposui sequebantur feriae Pentecostales. / MENSE IUNIO / Diebus 3 et 4 Ad caput Xmum de Mandato plenius disserui. / Diebus 6 et 7 De cautione in iudicio praestanda occasione capitis XImi. / Diebus 10, 11 et 13 Ad ductum caput XIImi egi de iuramento calumniae et malitiae. / Die 14 Caput XIII aggressus, tractationem de transferenda lite in alium, denunciatione litis ut et interventione suscepi. / Die 17 Erat disputatio iuridica inauguralis. / Diebus 18, 20 et 21 Caput XIVtum de reconventione prolixius excussi. / Die 24 Erat festum Iohannis Baptistae. / Die 25 Egi de litis |

| | |
|---|---|
| | contestatione et exceptione et exceptionibus peremtoriis ad ductum capitis XVti et XVIti. / Diebus 27 [et] 28 De probationibus in genere occasione capitis XVII disserui. / Iohann Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 25; Fol. 82 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.07.1709–31.08.1709 |
| Text | MENSE IULIO AUGUSTO SEPTEMBRIS / MENSE IULIO / Diebus 1, 2, 4, 5, 11 [et] 12 Occasione capitis XVIII intorductionis Strykianae de probatione per testes disserui, ubi de forma producendi articulos, de interrogariis, iuramento testium de beneficio personae egregiae, de ordine in examinandis testibus, rotulo publicatione attestatorum et prolixius disquisivi. / Die 15 Erat tentamen Candidati in Facultate iuridica. / Die Erat examen rigorosum. / Diebus 22 [et] 23 Caput XIX de probatione per instrumenta argumentum excusi. / [v] / Die 25 Ad ductum capitis XXmi de probatione per iuramentum disquisitionem pleniorem institui, agens de iuramento necessario illoque tam purgatorio, quam suppletorio, iudiciali itidem calumnia et iuramento in litem. / Die 29 Aggressus caput XXI de conclusione in causa et actorum inrotulatione, illorumque transmissione consiliis itidem iure consultorum disquisivi. / MENSE AUGUSTO / Diebus 8 [et] 9 Caput XXII de sententia tradidi. / Die 12 Incidebant nundinae Brunsvicenses. / Diebus 19 [et] 20 Remedia contra sententiam compententia exhibui occasione capitis 23. / Die 22 Adieci caput ultimum 24 de executione sententiae, simulque lectionibus hisce publicis ad processum civilem mense Septembri imposui finem. / Iohann Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 26; Fol. 53 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 30.09.1709–20.12.1709 |
| Text | MENSE OCTOBRI NOVEMBRI DECEMBRI / ANNO MDCCIX / MENSE OCTOBRI / Absolutis praelectionibus ad processum civilem, postea itinere in patriam impeditus, per aliquot tempus non perrexi, novis autem praelectionibus ad Canonicum ius me accingens Die 20 NOVEMBRIS Programma futuris laboribus praemisi, et die 22 ac sequentibus diebus huius introductione quadam lectiones novas auspicatus sum ad Institutiones Pauli Lancellotti. / MENSE DECEMBRI / Diebus 2, 3, 5, 6 9 et 10 Die titulum primum de iure Canonico exorsus sum, et historiam iuris Canonici tam antiqui quam novi exhibui. / Diebus 12 et 13 Titulum secundum de iure divino, consuetudine et constitutionibus. / Die 16 Titulum de Ecclesiasticis constitutionibus tradidi. / [v] / Die 17 Titulum de iure personarum titulum 4tum interpretatus sum. / Diebus 19 [et] 20 Titulum 5tum de Episcopis et summo Pontifice exposui. / Sequebantur feriae nativitatis. / Iohan Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2538, Fol. 27 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 16.01.1710–31.03.1710 |
| Text | Mense Ianuario, Februario, Martio Anno MDCCX / Mense Ianuario / diebus 16 et 17 egi de electione Episcoporum occasione tituli VIti institutionum Lancellotti. / die 20 titulum 7mum interpretatus sum de his qui eligere eligive possunt. / die 21 titulum 8vum de Postulatione Episcoporum. / die 23 erat mutatio Vice-Rectoratus. / die 24 de Confirmatione electionis titulum 9num excussi. / diebus 27 [et] 28 titulum 10mum de Consecratione proposui. / die |

| | |
|---|---|
| | 30 titulum IImum de receptione et authoritate pallii. / die 31 titulum 12mum de vita et honestate praelatorum / Mense Februario / die 3 Incidebant Nundinae Brunsvicenses. / die 10 Exposui titulum 13mum et 14 tum de Officio Archidiaconi et Archipresbyteri. / diebus 11 [et] 13 titulum 15 [et] 16 de Officio Vicarii et Coadiutoris. / die 14 titulum 17 de Chorepiscoporum usu sublato. / diebus 17 [et] 18 titulum 18 de Translatione exhibui. / die 20 Erat Promotio publica Magisterialis. / die 21 titulum 19 de Renunciatione proposui. / diebus 24 [et] 25 titulum 20 de Depositione seu Degradatione. / diebus 27 [et] 28 titulum 21 de Sacerdotibus in inferiori gradu constitutis. / Mense Martio / diebus 3 [et] 4 titulum 22 de iis qui in sacris sunt constituti interpretatus sum. / [v] / diebus 6 [et] 7 titulum 23 de iis qui sunt in minoribus Ordinibus constituti. / diebus 10,11, 13 [et] 14 titulum 24 Communia tam maiorum quam minorum Ordinum explanavi. / diebus 17,18, 20 [et] 21 titulum 25 qui promoveri non possunt sum interpretatus. / die 24 titulum 26 de Praebendis et aliis beneficiis. / die 25 Erat Festum Annunciationis / diebus 27, 28 [et] 31 titulum 27 de collationibus pleniori opera excussi. / Iohann Wilhelm Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 211 H.2, 28; 66 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 03.04.1710–30.06.1710 |
| Text | Mense Aprili, Maio, Iunio Anno MDCCX / Mense Aprili / diebus 3 [et] 4 quae restabant adhuc ad titulum libri 1 Institutionum Iuridicalium Canonici Lancelotti, de Collationibus, absolvi. / diebus 7 [et] 8 Incidebant nundinae oppidane et postea sequebatur magna hebdomas et Festum Paschalis. / Mense Maio / diebus 5,6,8,9,12 [et] 13 titulum 28 de Institutionibus et iure Patronatus pleniori opera excussi. / die 15 Egi de Clericis non residentibus ductu titulo 29. / diebus 16, 19 20, 22 [et] 23 titulum 30 de Regularibus et variis Ordinibus Monachorum sum interpretatus. / die 26 libri IIdum Institutionum Lancellotti auspicatus sum titulumque 1mum proposui de rerum divisione atque illarum administratione. / die 27 titulum 2 de Sacramentis in genere exhibui. / die 29 Erat Festum Ascensionis. / die 30 titulum 3 de Baptismo eiusque effectu proposui. / Mense Iunio / die 2 titulum 4 de Sacramento Chrismatis interpretatus sum. / [v] / die 3 de Poenitentiis et Remissionibus titulum 5 / die 5 titulum 6 de Eucharistia ut et 7mum de Extrema Unctione , et Sacramento Ordinis 8vum titulum exucssi. / Sequebantur Feriae Pentecostes, et Festum Iohannis Baptista. / Iohanne Wilhelmus Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 211 H.2, 27; 66 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 03.07.1710–25.09.1710 |
| Text | Mense Iulio, Augusto, Septembri Anno MDCCX / Mense Iulio / diebus 3, 4 [et] 7 in libro IIdo Institutionum Lancellotti pergens titulum IXmum de Sacramento matrimonii exhibui, sacramenti reliquias in nostris quoque foris ex hypothesi Pontificia exponens. / die 8 Erant nundinae Oppidanae. / diebus 14, 15, 17, 18 [et] 21 Argumentum de sponsalibus occasione tituli Xmi excussi. / die 22 Erat mutatione Vice-Rectoratus. / diebus 24, 25, 28, 29 [et] 31 titulum XImum de Nuptiis pertractavi. / Mense Augusto / die 1 Causas quae matrimonium impedire possunt ductu tituli XIImi interpretatus sum / die 4 Egi de triplici cognatione ex mente Pontificiorum occasione tituli XIIItii. / die 5 titulum XIItum de clandestina desponsatione exhibui. / diebus 7 et 8 titulum XVtum |

| | |
|---|---|
| | qui matrimonium accusare possunt, et contra illud testificari. / Sequebantur Nundinae Brunswicenses, quibus finitis mense sequenti Septembri, et quidem post peracta etiam candidatorum quorundam in Facultate nostra examina diebus 11, 12, 15, 16, 18 et 19 titulum XVItum de divortiis interpretatus sum. / [v] / diebus 22 [et] 23 titulum XVII de rebus sacris, sanctis et religiosis ut et titulum XIIXum de constituendis, consecrandis et reparandis Ecclesiis, et altaribus. / die 25 Erat promotio Candidatorum publica iuridicae Facultatis. / Sequebatur deinde Festum Michaelis Archangeli / Iohannes Wilhelmus Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 30; 84 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 06.10.1710–30.11.1710 |
| Text | Mense Octobris, Novembris, Decembris Anno MDCCX / Mense Octobri / diebus 6 [et] 7 finitis feriis festi Sancti Michaelis Archangeli ad publicas lectiones Canonici iuris reversus titulum XIXmum libri secundi Institutionum Lancellotti de Unionibus Ecclesiarum interpretatus sum. / diebus 9 et 10 titulum XX de immunitate Ecclesiarum et subiectione. / die 13 et Censibus exactionibus et procurationibus titulum XXI. / diebus 14 [et] 16 tituluIm XXIIItium de Religiosis domibus exhibui. / diebus 17,20,21,23 [et] 24 titulum XXIVtum de Sepulturis tradidi. / diebus 27,28, 30 [et] 31 titulum XXVtum de Canonica portione. / Mense Novembri / diebus 4, 6, 7, 13, 14 [et] 17 Nobilem materiam de decimis ductu tituli XXVIti de rebus Ecclesiae alienandis vel non, ut et sequentem XXIIXvum de peculio Clericorum, relictis, et successionibus eorum tradidi, simulque iuris Canonici praelectionibus finem imposui. / [v] / Sequenti mense Decembri ob luctum acerbissimum et obitum Beati Parentis iterque deinde in patriam impeditus in publicis lectionibus non perrexi. / Iohannes Wilhelmus Engelbrecht |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 31; 89 |

## Zitierhinweis

Prof. Johann Wilhelm Engelbrecht. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-64-engelbrecht [06.07.2026]